


Exempla reddunt rem clariorem. Lex prætor. § Julia. Dig. de colla. bon.

Con los ejemplos se hacen las cosas más claras.



**F**

Facta pro infectis haberi non possunt. Lex in bello, § factæ. Dig. de capt. et post. revers.

Los hechos no pueden ser tenidos por no hechos.

Facta non præsumuntur, nisi probentur. Lex in bello, § factæ. Dig. de cap. et post. revers.

Los hechos no se presumen, sino se prueban.

Facta fatua non sunt sequenda, sed deridenda. Lex fin. Cod. Just. de leg.

Los hechos de los necios no se han de seguir, sino censurarse y escarnecerse.

Factum à judice quod ad officium ejus non pertinet, non est ratum. Lex factum. Dig. de reg. jur.

Lo hecho por el juez, que no pertenece á su oficio, no es válido ó firme.

Factum cuique suum, non adversario nocere debet. Lex factum cuique. Dig. de reg. jur.

El hecho propio ó de cada uno, no debe perjudicar al adversario.

Facti interpretatio plerunque etiam prudentissimos fallit. Lex 2. Dig. de juris et facti ignor.

La interpretación del hecho las más veces engaña aun á los más prudentes.

Facti proprii non est probabilis error. Lex quisquis. Cod. Just. de rescind. vend. Neque eum manibus immorari sinatur objectis, ut vires locorum sibimet causentur inco-

gnitæ. Qui familiaris rei scire vires vel merita atque emolumenta antè debuerat. Lex sed et si sua. Dig. de adquir. vel amit. hæreditat. Lex cùm falsum. Dig. eod. tit. Cùm falsum testamentum dicetur, si quidem ipse hæres accusatur: Quoniam certus esse debebat, se falsum non fecisse: rectè adibit hæreditatem. Lex regula. Dig. de juris et facti ignor.

No es probable el error de hecho propio.

Facti ignorantia excusat. Lex nihil. § si cùm filius. Dig. de inoff. test. quia erranti succurritur.

La ignorancia del hecho excusa ó puede favorecer.

Facti consultationem princeps non admittit. Lex 3, § non sicut semper. Dig. de testib.

El príncipe no admite consulta sobre hechos.

Factum prætoris juri derogare non oportet. Lex 1, § fin verò. Dig. de feriis.

No conviene derogar el derecho por el hecho del pretor.

Factum suum nemo rectè impugnat. Lex post mortem. Dig. de adoptionib.

Ninguno debe impugnar directamente su hecho.

Factum nostrum necessarium est in re nostra ad alium transferenda. Lex id quod nostrum. Dig. de reg. jur.

Es necesario un hecho nuestro para transferir á otra persona una cosa nuestra.

Factum nihil videtur dum aliquid superest agendum. Lex penult. Cod. de his quib. ut indign.

No parece hecho lo que se hace por otro, y no por el procurador.

Factum non videtur quod non durat factum, vel ut textus habet. Versum non videtur, quod non durat versum. Lex si pro patre. § versum. Dig. de in rem verso. Vide, Versum.

No parece hecho lo que luego acaba. No parece estar en un lugar el que pronto tiene que dejarlo.

Factum alienum nemo promittere potest. Inst. de inutil. stipulationib. § si quis alium. Si quis alium daturum facturúmve quid promiserit, non obligabitur, veluti si spondeat. Titium quinque aureos daturum. Lex stipulatio ista. Dig. de verb. oblig.

Ninguno puede prometer un hecho ageno.

Factum proprium quemlibet judicat. Lex cum probatio. Dig. de proba. et præsumptionib.

El hecho propio juzga á cada uno.

Facies humana ad similitudinem pulchritudinis cælestis formata est. Lex si quis in metallum. Cod. Just. de pœnis.

Si quis in metallum fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minimè in ejus facie scribatur: cum et in manibus et in suris possit pœna damnationis una subscriptione comprehendi, quo facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis est cælestis figurata, minimè maculetur. Et Génes., cap. 1.

El rostro humano ha sido formado á semejanza de la hermosura celeste. Este principio tenia aplicación en las penas: por respeto á él jamás podía señalarse la cara con marca alguna.

Facias hoc aliis, quod tibi fieri vis. Lex 1, Dig. de solut. Haz tú á otros lo que quisieras que te hicieran á tí.

Falsum sine dolo non committitur. Lex nec exemplum. Cod. Just. ad legem Cornel. de fals.

La falsedad sin el dolo no se comete.

Fama plus est custodienda quàm oculi. Et mortaliter peccat qui eam non defendit jure. Cod. Just. senti, cap. non sunt audiendi. II. q. 3.

La fama se ha de cuidar y guardar más que los ojos. Y mortalmente peca quien no la defiende con derecho.

Fama præponderat emolumento pecuniario. Lex si in duabus. Dig. de regul. jur.

La fama tiene más valor que el interés ó provecho pecuniario.

Fama propriè est quando tota civitas vel major pars adserit ex verisimilibus conjecturis. Cap. si duo 35, q. 6 et in cap. super eo. de eo qui consang. uxor. suæ. Oportet autem ut sit ex verisimilibus conjecturis, alioqui non est fama quoad juris effectum: sed sunt vanæ voces populi. Bart. in lex de minore, § et tormenta. Dig. de quaestion.

La fama propiamente la hay cuando toda una ciudad ó la mayor parte de ella, asegura alguna cosa, apoyando el aserto en conjeturas verosímiles.

Fama differt à rumore: fama est quando major pars aliquid adserit. Rumor quando aliunde aliquid spargitur in civitatem.

La fama se diferencia del rumor: fama es cuando la mayor parte de una población asegura una cosa, y el rumor, no cuando se asegura, sino cuando se extiende ó esparce alguna noticia por la ciudad y circula en pequeña escala.

Familiae appellatione et ipse princeps familiae continentur. Lex familiae. Dig. de verb. signif.

Bajo el nombre de familia, se comprende el jefe de ella.

Favores sunt ampliandi, odia verò restringenda. Lex cum quidam. Dig. de liber. et posth., cap. odia. reg. jur. lib. 6. Odia restringi et favores convenit ampliari. Lex fin. Cod. Just. de edicto divi Adriani. et inst. de usucap.

Las cosas que son favorables se han de ampliar, mientras que las odiosas se deben restringir. Porque lo odioso debe reprimirse y ha de darse amplitud á lo favorable.

Favorabiliores rei potius, quàm actores habentur. Lex favorabiliores. Dig. de reg. jur.

Son más favorables las cosas al reo que á los actores.

Favorabiliores sumus ad liberandum quam ad obligandum. Lex Arrianus. Dig. de action. et obligat.

Somos más favorables para libertarnos que para obligarnos.

Favore indultum non oportet verti in læsionem. Lex quod et favore. Dig. de legib.

No conviene que el favor en el perdón se convierta ó se vuelva en lesión ú ofensa.

Fœmininum genus non concipit masculinum. Lex si ita scriptum. Dig. de legat. 2. Si ita scriptum sit, filiabus meis centum aureos do: an et masculini generis et fœminini liberis legatum videatur? Nam si ita scriptum esset, filiis meis hosce tutores do: responsum esset, etiam filiabus tutores datos esset.

Quod non ex contrario accipendum, ut filiarum nomine etiam masculi contineantur. Vide, exemplum pessimum.

En el género femenino no se concibe ni comprende el masculino.

Fœminarum conditio in multis nostri juris articulis deterior est quam masculorum. Lex in multis. Dig. de statu hominum.

La condición de las mujeres en muchos puntos de nuestro derecho, es inferior á la de los hombres.

Fœminarum praeteritio pro exhaeredatione habetur. Lex filiam praeteritam. Cod. de inoff. testament. filiam praeteritam à matre, ad successionem ejus citra inofficiosi querelam adspirare non posse, explorati juris est.

La preterición de las mujeres se tiene por una exheredación

Fœminæ in potestate liberos non habent. Inst. de adopt. foeminae quoque adoptare non possunt: Quia nec naturales liberos in sua potestate habent. Hoc tamen commune est parentum; honora patrem et matrem.

Las mujeres no tienen el derecho de patria potestad sobre los hijos.

Fœminæ in accusatione publica non admittuntur. Lex qui accusare. Dig. de accusationib.

Las mujeres no se admiten ni tienen derecho para hacer una acusación pública.

Fœminæ in testificationem testamenti non sunt admittenda. Lex qui testamento. § mulier. Dig. qui testam. fac. poss.

Las mujeres no deben de admitirse como testigos en el testamento.

Fœminae tutores dari non possunt: quia id munus masculorum est: nisi à principe filiorum tutelam specialiter postulent. Lex foeminae. Dig. de tut.

Las mujeres no pueden ser nombradas como tutores, porque éste es un cargo propio de los hombres; á no ser que pidan especialmente la tutela de sus hijos al príncipe ó soberano y éste se la conceda.

Fœminae postulationem pro alio in iudicio suscipere non possunt. Lex 1. § secundo loco. Dig. de postuland. Vide, mulieres.

No pueden las mujeres postular en favor de otro.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Novell. de mandat. princip. § titulos, const. 17.

Es feliz el que se guarda de los peligros, viendo los hechos que á otros conducen á un funesto y triste fin.

Festina lentè. Sicut enim nimia festinatio nocet: ita post festum venire miserrimum est. Optimum igitur temperamentum fit ex festinatione, et cunctatione.

Lo que se hace sin meditación y con violencia, perjudica; viniendo después el arrepentimiento. Y por lo mismo, el medio está entre la violencia y la tardanza.

Festinans ad duo diversa, neutrum bene peragit. Lex nemo. Cod. de adessorib. ne cùm in utrumque festinet,

neutrum bene peragat. Juvenalis, *Pectora nostra duas non admittentia curas.*

El que con apresuramiento emprende dos cosas diversas, ninguna ejecuta y acaba bien.

Fides appellata est, quia fiat aquod dictum est. Cic. lib. 1, officior. 1.

Se dá el nombre de fé, al asentimiento que damos al dicho de alguno.

Fidem fragenti, licitum est fidem frangere. Lex eum qui. Dig. de inoff. testam. *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.* Qui fidem licitæ transactionis rupit: non exceptione tantum submovebitur, sed etiam pœnam, quam (si contra placitum fecerit, rato manente pacto) stipulanti rectè promiserat, præstare cogetur.

À los que quebrantan la buena fé, es lícito quebrantársela también.

Fidem fallere grave est. Lex 1, Dig. de constit. pecun. Hoc edicto prætor naturali favet æquitati qui constituta ex consensu facta custodit: quoniam grave est fidem fallere.

Es una cosa grave engañar ó frustrar la fé en los contratos ó actos humanos.

Fides judici est facienda de re in judicio controversa, non autem adversario. Lex 1, Cod. Just. de cond. ob turpem caus.

La fé del juez tiene lugar ó se ha de hacer sobre la cosa controvertida en juicio; mas no por el contrario.

Fides est constantia dictorum factorumque, texte Cicerone: qui dicit fidem fundamentum esse justitiæ.

Fé es la constancia y asenso ó crédito que se dá á la relación de cualquier hecho; porque como escribe Cicerón: quien dice fé, dice fundamento de la justicia.

Fides secundum veritatem, verborum adminicula non desiderat. Lex 1. Cod. Just. si se abstinuit haeredit. Si vos

paternæ haereditati non miscuistis, ob eam rem testificatio necessario non fuit: Cum fides veritatis verborum adminicula non desideret.

La fé de la verdad no desea el apoyo de las palabras.

Fidei humanæ nihil magis congruit, quam ea servare, quæ inter contrahentes placuerunt. Lex 1, de pactis.

Ninguna cosa conviene más á la fé humana, que guardar aquellas cosas, que los contrayentes pactaron.

Fidejubere aliud est: allud item nubere. Lex 1, § sed et si servi. Dig. quod jussu.

Una cosa es fiar y otra mandar.

Fidejussor non tenetur in pœnalibus causis. Lex libertus. Dig. ad municipalem.

El fiador no se admite en las causas penales.

Fidejussores, qui salvam rempublicam fore responderunt et qui magistratus suo periculo nominant: pœnalibus actionibus non adstringuntur, in quas inciderunt hi, pro quibus intervenerunt. Eos enim damnum reip. præstare satis est, quod promitti videtur.

Los fiadores salvan á la república cuando pelagra la justicia, respondiendo por el delincuente ante los magistrados en las acciones penales no prohibidas, en las que aquellos intervienen. Y no dañan la república, porque parecen prometer mucho, prestando lo bastante.

Fidejussor fidejubendo pro minore tenetur: nec habet tamen actionem mandati contra minorem. Lex in causæ. Dig. de appellationib.

El fiador que se obligó dando su fianza por el menor, no tiene la acción de mandato contra el menor.

Fidejussor rem venditam evincere non potest. Lex exceptione doli et lex si ob causam. Cod. de evict.

El fiador no puede reclamar la cosa vendida.

Fidejussori non est licitum emerere debitoris pro quo fidejussit. Lex fidejussor. Dig. de pignor.

Al fiador no le es lícito comprar la cosa del deudor por quien salió fiador.

Fides prævalet divitiis. Lex si quis stipulatus. Dig. de verb. obligat.

La buena fé vale más que las riquezas.

Filius non est homo integer, sed pars patris. Lex cum scimus. Cod. Just. de agric. et cons. Cum enim pars quodammodo corporis ejus per cognationem in fundo remaneant: non videtur neque abesse neque peregrinari.

El hijo de familia no se considera un hombre íntegro, sino parte del padre.

Filius debet obedire patri. Lex veluti. Dig. de just. et jur.

El hijo debe obedecer al padre.

Filius potest errore admonere patrem, et à sententia ejus recedere. Lex 3, § si quis. Dig. de conditio. caus. dat. Et refert Celsus patrem suum Celsum existimasse, repetere eum non posse: sed ipse Celsus naturali æquitate motus putat repeti posse. Quæ sententia verior est.

Los hijos, si el padre yerra, pueden advertirle de su error y no seguir su dictamen.

Filii non debent esse castigatores parentum. Novell. de his qui nupt. iter § si vero const. 22 Erubescit enim lex filios esse castigatores parentum.

Los hijos no deben ser los castigadores de sus padres.

Filius propter ingratitude[m] redigitur in potestatem patris. Lex 1. Cod. de ingra. liber. Filios et filias, cæteróque liberos contumaces, qui parentes vel acerbitate convicii, vel cujuscunque atrocis, injuriæ doloræ pulsassent, leges emancipatione rescissa, damno libertatis meritò multare voluerunt.

El hijo por la ingratitud vuelve al poder del padre.

Filius non debet ferre iniquitatem patris, nec haeres defuncti. Lex si quis. Cod. de inoffic. testam.

Exodi cap. 24 reddis iniquitatem patrum filiis et nepotibus usque in tertiam et quartam progeniem. Lex in haeredem. Dig. de calumniatoribus. In haeredem autem competit in id, quod ad eum pervenit. Nam constitutum est, turpia lucra ab haeredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguantur. Et justa illud, nec malè quaesitis gaudet tertius haeres, vide delictum patris.

El hijo no debe llevar sobre sí la iniquidad del padre, ni el heredero la del difunto.

Filii meritis potius paternis sunt ad obsequia provocandi, quam pactionibus adstringendi. Lex si quis, § 1. Cod. Just. de inof. testam. Et notatur in cap. Et quia vidimus tit. de iis qui feud. dare possunt.

Los méritos del hijo son más para provocar los obsequios paternos, que para ligarlos por medio de pactos.

Filiusfamilias quicquid acquirit dum est in potestate patris, non sibi, sed patri acquirit. Inst. per quas perso. nobis acquir. Lex qui servo. Dig. de acquir. possess.

Todo lo que adquiere el hijo estando bajo la patria potestad, no se reputa adquirido por él, sino por el padre.

Filiusfamilias testamentum facere non potest. Lex nemo. Cod. qui testam. fac. possint. Et lex qui in potestate. Dig. qui testam. fac. poss. et lex filiusfamilias, eod.

El hijo de familia no puede hacer testamento.

Filius, quoad ea quae sunt publici juris, habetur pro patrefamilias. Lex filiusfamil. Dig. de his qui sunt sui.

El hijo se tiene como padre de familia en las cosas que son de derecho público.

Filiusfamilias in causis publicis, loco patrisfamilias ha-